

Joachim Schnobel Andreas Paltzow

Disputatio Iuridica De Deposito Ac Sequestratione

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73186221X>

Druck Freier  Zugang



Verwahrung
mit verwahrtem Gut

R. U. jur. 1646.

Schnobel - Paltzovius. / 00

DISPUTATIO JURIDICA
DE
DEPOSITO AC
SEQUESTRATIONE,

Quam
AUXILIANTE DEO
Consentiente Nobilissima & Amplissima Facultate
Juridica in Academia ad Varnum

56

PRÆSIDE
VIRO

Amplissimo, Excellentissimo & Consultissimo
DN. JOACHIMO SCHNOBELIO,
J. U. D. Prof. P. Dn. Præceptore
ac Promotore suo ætatem
Colendo,

Publico Examini subicit
ANDREAS PALTZOVIVS,
Neo-Rupin. March.
A. & R.

Habebitur die 25. Maji horis consuetis
IN AUDITORIO Majori



ROSTOCHI,
Literis NICOLAI KILLI, Academie Typographi,



ANNO M. DC. XLVI.

1646

DEPOSITIO AC
SOLICITATIONE

AUXILIANTE DEO

Consuetudine Nobilitatis & Aristocraticae

PRÆSIDI

VIRI

Compluribus Excellentissimis & Castellis

DN. IOACHIMO SCHNOBELLO

J. U. D. Prof. Dn. Praeceptoris

ac Promotoris huius aetatis

Coloniensis

et aliorum

ANDREAS PATZOVIVS

Nec-Rubin-Misch

A. M.

Receptoris huius aetatis

in huiusmodi


RECEPIT

Rostock

hanc sollicitationem

anno 1791





Molestissimum est nec indemne semper suffarcinatum itinera subire: nam & qui larem habent sedemq; fixam vix tamen præcavere possunt, ne quid depereat, etiam si rerum suarum satagant oppidò. Hinc cui vel ob incommoditates secum ferre, vel ob substantiæ multitudinem cautè satis adservare omnia non licet, rectè aget si cum amico curam dividat eiq; quædam suorum credat liberali custodia servanda: de quo negotio acturus Deum imploro ut conatibus meis auxiliari clementer dignetur.

THESIS I.

Depositum (quod & Commendatum dicitur *l. 24. ff. & l. 9. C. depos. l. 186. de V. S.*) est contractus Juris gentium §. 2. *J. de jur. Natur. G. & C. l. 5. de J. & J. nominatus l. 7. §. 1. de pactis realis l. 1. §. 15 quoq; §. de O. & A. §. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. bonæ fidei §. 28. J. de action. cum rem custodiendam §. 6. J. de oblig. quæ ex del nasc. gratis §. 2. J. quib; mod. re contrah. §. ult. mand. l. 1. §. 8. h. i. quis suscipit, rediturus ubi deponens reposcirit, Vult. J. R. l. 1. c. 33. Nonnunquam etiam pro re ipsa deposita sumitur describiturq; quod custodiendum alicui datum est, *l. 1. pr. & l. 10. h. i. sub fidei restituendi d. l. 1. §. 45. & 46. cod.**

ref.

II.

Est autem & aliud quoddam depositi genus, cum vel apud judicem, vel in æde sacra res deponitur, locumque habet iis casibus, quando vel creditor solutionem accipere recusat, vel illi tutò solvi non possit: tunc enim debitor pecuniam Creditori offerre consignare & deponere potest, ejusq; hic est effectus, quod & usurarum cursum sistat, & debitorem omni periculo liberet præstetq; indemnem *l. 2. l. 6. l. 9. C. de usur. l. 9. C. de solut. l. 7. §. 2. ff. de minor. Sichard. ad l. 9. d. 1. Sneid. ad §. 3. quib. mod. re contrab. n. 15.* sed illud hujus loci non est, proprieq; ad materiam de solutionibus spectat.

III.

Eo remoto, Depositum aliud est rei litigiosæ aliud non litigiosæ. Hoc nomen generis retinet & in specie dicitur Depositum: Illud peculiari voce Sequestrum, quod est rei litigiosæ mobilis vel immobilis, corporalis vel incorporalis, *Clem. un. de sequestr. poss. & Fruct. Ordin. Cam. p. 2. t. 21. §. ob auch im obberührtem Fall* a pluribus litigantibus ex certa causa facta depositio apud tertium hac conditione, ut contentione finita, triumphanti reddatur *l. 110. de V. S. l. 5. §. 2. ff. depos. dicitur & Sequestratio:*

IV.

Dividitur Sequestrum communiter in Voluntarium seu Conventionale, cum ex pacto & conventionem partium ob solam causam contentionis *l. 39. de solut. l. 5. C. h. 1.*; Et Necessarium seu Judiciale cum partibus etiam invitis judicis autoritate res sequestratur *Trentl. vol. 1. disp. 26. §. 8. Wesenb. in π. depos. n. 6. Myns. cent. 5. obs. 35. Gail. de arrest. imperii C. 12. n. 1. & 1. obs. 148. n. 9. Colerus de process. execut. p. 1. c. 2. n. 56. Bocerus in proprium & minus proprium partiri mavult Clas. 2. disp. 11. §. 17. & disp. 10. §. 13.*
quia

quia illud, cum fiat per conventionem & contractum, propriè sub depositi vocabulo comprehenditur *l. 6. h. e.* quod de altera specie sequestri judicialis dici vix potest.

V.

Sequestrum voluntarium regulariter est permissum, adeò ut interdum lex ipsa rem litigiosam sequestro deponere hortetur, *l. 5. fam. Ercif. l. 5. §. 1. vers. sed si nec ipsi ff. ut legat. serv. caus. caveat. l. fin. C. de ord. cognit.* Necessarium verò & judiciale, cum species quædam Executionis sit, à quâ posthabitâ causæ cognitione plenaria, non est incipiendum *l. 1. de re jud. prohibitum l. un. C. de sequestr. pecun. c. 1. ext. ut lit. pend. nihil innov.* quibusdam tamen casibus permissum, quos recenset *Cora. 3. Miscel. 2.* Imprimis verò locum habet, si vel timor armorum maximè super momentanea possessione, vel fugæ aut dilapidationis, vel rei lite pendente perituræ subsit *arg. l. 23. §. equissimum ff. de usufr. l. 7. §. fin. qui satisd. cog. l. 22. §. 8. solut. matrim. l. 20. C. de agric. & censit. c. fin. ext. de sequestr. poss. Ord. Cam. d. p. 2. tit. 21. vers. ob auch in obberührten Fall/ Gail. 1. obs. 5. item 1. obs. 147. n. 3. & obs. seq. Myns, Cent. 5. obs. 35 n. 4. Pet. Frid. de mand. c. 39. n. 3. Boc. d. disp. th. 57. & seqq.*

VI.

Et is quidem, penes quem res ejuscemodi deponitur, Sequester dicitur, quod quasi eos, qui de re contendunt, sequatur *l. no. de V. S. l. 5. C. de pos.* cujus officium est commissam rem diligenter custodire, *l. 1. in fin. l. 7. l. 37. de pos.* fructus rei sequestratæ percipere, quæq; tempore peritura sunt bona fide distrahere, & precium loco rei servare, *l. 20. §. 1. C. de agric. & censit. l. 27. de reb. aut. jud. possid. l. ult. §. 1. de requir. reis. d. l. 5. §. 1. ut leg. vel fideic. nom. Dd. ad l. 7. §. f. D. qui satisd. cog.* Utrum autem possideat rem sequestratam non immeritò ambigitur: Nos ex Ju-

liani responso in l. 39. de acquir. vel amitt. posses. possessionem in sequestrum non transire, nisi aperte hoc à partibus fuerit actum, statuimus.

VII.

Finitur & relaxatur sequestratio conditione existente, h. e. sopita contentione, ad cuius usq; exitum sequestratio facta erat à iudice l. fin. ibi: quo controversia sopiatur, C. de Ordin. cogn. Clem. un. ibi: illi restituat qui finalem in causa victoriam obtinebit, de seq. poss. & fruct. quamvis etiã satisfactione eam tolli *Jas. & Alex. ad l. 1. qui satid. cog. Bart. in l. 5. 6. 7. & 8 C. de agric. & censit. Sichardus in l. un. n. 14. & 15. C. de prohib. sequest. Myns. cent. 6. obs. 35. n. 7.* putent.

VIII.

Finitã sequestratione ad rem cum fructibus & omni causã restituendam sequester tenetur actione depositi sequestraria directa, l. 5. §. 1. l. 12. §. 2. h. t. in quam quoq; veniunt omnia quæ officio sequestris incumbunt. Ipse vicissim adversum deponentes habet actionem contrariam, quã consequitur quod impendit in conservationem rei sequestratæ, *Bald. in l. ult. n. 8. in f. D. de Reb. aut. jud. poss.* Interdum tamen & præscriptis verbis actio competit, quæ datur adversus eam partem per quam stat quo minus conditio impleatur si v. c. Judicium accipere nolit, l. 9. §. 3. & ibi. *Cujac. de dol. mal. Wesenb. p. 1. conf. 7. n. 7.* Jam ad Deposium in specie sic dictum, de quo in præsentì agere imprimis constituimus, progredimur.

IX.

Quia Deposium contractus est, ad quem consensus requiritur, l. 1. §. pen. de pact. ideoq; deponere tantum possunt illi, qui & consentire. Hinc qui intellectum nullum habent, cum consentire nequeant, hunc quoq; contractum

tractum inire non possunt, *d. l. 1. Si conventionis ff. de pactis l. 55. de obligat. & Act.* qualis est infans, *§. 9. J. de inutil. stipul. l. 5. d. R. J. furiosus l. 1. §. 12. D. de obl. & Act.* mente captus, *§. 4. J. de Curat. §. 2. J. de pupil. substic.* pupillus, minor, prodigus; apud quos etiam inutiliter sine tutoris vel curatoris autoritate aut consensu deponitur, cum non obligentur, nisi quatenus locupletiores facti sunt, *l. 1. §. 15. depos. l. 3. C. de in integr. Restit.*

X.

Quibus exceptis, deponere possunt omnes, nec refert an sint filii an verò patresfam, *l. 1. §. 42. h. r.* Quin imo & servus deponere potest, *d. l. 1. §. 27. eod.* & domini quoque nobis obligantur, si quid apud eos, qui negotiis illorum præerant, deposuimus *l. 3. C. de instit. act.* imò etiam, quod mirum videri potest, fur & prædo deponere possunt, ita ut rectè depositi agant, licet res deposita eorum non sit, cum sufficiat eorum interesse rem restitui, eò quod teneantur, *l. 1. §. 39. eod.* Etiam deponi potest apud quemcunq; & tam apud unum quàm plures Sed quid si deposui apud Titium, & hic deposuit apud Mævium, an repetere poterò à Mævio? possum quidem, sed non antè quàm Titius, qui mihi tenebatur, suas mihi præstet aut cedat actiones, *l. 16. eod.*

XI.

Ad rem quod attinet, sine cuius interventu contractus hic perfici nequit, *§. 3. Inst. quib. mod. re contrah.* deponitur res omnis, quæ sub custodiam cadit, propria (nisi ipsius depositarii qui sibi obligari non potest, *l. 15. h. r. l. 45. de R. J.*) vel aliena: nam & fur & prædo, ut antè dictum, injustè paria rectè deponunt, & deposita repetunt *d. l. 1. §. 39. h. r. l. 31. §. 1. vers. quod si ego eod.* si tamen cum domino rei depositæ postea concurrant, in repetitione

tione illius Dominus illis præfertur, *d. l. 31 §. 1. h. 1.*
Nec refert utrum res sint animatæ an inanimatæ, *l. 1.*
§. 5. l. 14. §. 1. ib. mobiles vel immobiles: nam & harum
custodiam alicujus fidei committi & commendari pos-
se verosimilius crediderim, *l. 11. ff. de pericul. & comm. rei*
vend. l. 55. pr. locat. l. 1. §. 1. commod. Gædd. ad Rubr. X. de seq.
poss. & Fr. & ad l. 110. n. 1. de P. S. Matth. Stephan. Cent. 3.
q. 31.

XII.

Forma & modus deponendi consistit in eo, 1. ut
quis verbis utatur ad hunc contractum accommodatis,
quibus rem depositarii custodiæ commendet, idq; sta-
tim in initio agi necessum est. Hinc si in scientis & pa-
tientis museo librum collocem, non tenetur mihi
Dominus musei depositi *Gomez. var. resol. lib. 2. c. 7. n. 20*
Schneid. ad §. 3. 1. quib. mod. re contrah. 2. deponi debet
custodiæ causa: nam si ad certum usum rem concedam,
commodatum, erit *§. 2. d. 1.* si ad incertum, precarium
l. 1. D. de precar. 3. gratis, ne si merces aut res alia inter-
venerit, in aliam negotii formam puta locationis vel
innominati contractus degeneret *l. 1. §. 8. h. 1. §. ult. inst.*
de Mand. Honorarium tamen, non secus ac in mandato
l. 6. pr. mand. intervenire potest, l. 2. §. 24. vi. honor.
rapt. Finis est ipsa rei custodia, ejusdemq; ad libitum
deponentis restitutio. Fidei enim & custodiæ suæ con-
creditam & commissam rem ita asservabit penes se de-
positarius, ne quid dolo vel lata culpa faciat, aut fieri
patiatur, quo res deposita vel pereat vel deterior fiat
l. 1. §. ult. l. 32. h. 1. l. 1. §. 5. de O. & A. lib. 23. de R. l. 1. doni-
cum à deponente repetatur, tum enim ex natura con-
tractus hujus ipsa illa res deposita reddenda, nisi aliud
pacto convenerit.

XIII.

XIII.

Quemadmodum enim pacta cuius contractui legem dant *l. 23. de R. J.* ita solent quandoq; etiam depositi naturam immutare, puta, si conveniat, ut non eadem res quæ tradita est, sed tantundem pro ea reddatur, quod in primis in rebus fungibilibus procedit, ubi nec non illud pactione effici potest, ut pro rei usu fœnusculum, detur aut interusurium, *l. 26. §. 1. l. 28. depos. l. 32. locat. Cujac. 7. obs. 39. Duaren. ad Tit. depos. c. 4.* eodem modo solet conventionibus id agi ut res certo loco redhibeatur, *l. 5. §. 1. eod.* multæq; aliæ huic contractui pactiones apponi possunt. Hanc tamen conventionem, ut deponens potestatem repetendi rem cum vult, non habeat, respuit indoles ejus *l. 1. §. p. h. t.* nam hoc vel statim vel quandoq; lubet deponenti licere, nec hæc licentia ulla pactione ei adimi debet, *d. l. 1. §. 22. eod.* nisi deponens talis sit, cui solvere jure vel non licet, vel non expedit, v. c. furiosus, prodigus, aut aliàs propter status mutationem in capax effectus, *l. 31. h. t. c. ne quis arbitretur 2. q. 22.*

XIV.

Atque hæc pactiones sæpe depositarium ad insolitas præstationes obligant, ad quas ex natura contractus non tenebatur. Nam cum depositum deponentis tantum gratia regulariter contrahatur, *l. 5. §. 2. commod. regulariter saltem tenetur de dolo §. 3. l. quib. mod. re contr. d. l. 23. de R. J.* qui tamen latam quoq; culpam comprehendit, *l. 1. C. h. t. l. 1. §. f. D. si mens. fals. mod. dix. l. 32. depos.* unde locio in quibus doli solius mentio fit ut, *d. l. 5. §. 2. Commod. d. l. 23. de R. J.* sunt supplendi. Culpæ autem latæ hoc contractu ille reus dicitur, qui, cujuscunq; sit indolis aut ingenii, depositis rebus non adhibet eam diligentiam, quam propriis adhibere suevit, seu qui ad suum modum curam

B

in,

in deposito non præstat, *d. l. 32.* cum aliàs in societate, aliisq; contractibus regulariter hæc levis culpæ sit descriptio, §. *ult. l. de Socier. s. 2. Inst. quib. mod. re contr. obl. S. 1. Inst. de obl. quæ ex q. contr. l. 72. pro soc. l. 25. §. non tantum, fam. Ercis l. 1. pr. de rat. & rat. distrah. Dn. Lindeman. Exercit. Inst. disp. 6. §. 15.*

XV.

Attamen potest quis pacto levem imo levissimam culpam & casum fortuitum suscipere, *l. 1 §. 35. h. t. l. 1. C. eod. l. 5. §. 2. ff. commod.* quemadmodum & de hoc tenetur si moram in restituendo commiserit, *l. 12. §. ult. depos.* vel si quantitas deposita sit, ut tantundem reddatur, *l. 11. C. de rebus credit.* Quod si etiam operam ultrò obferat, *l. 1. §. 35. h. t. l. 5. §. nunc videndum de præscr. verb.* aut pro custodia pecuniam accipiat, *l. 5. §. 2. commod.* vel depositum utriusq; causa contractum sit, *l. 5. §. 2. commod.* ad culpam levem non & casum fortuitum depositarius tenetur. Regulariter verò, & exceptis illis casibus, culpa præcedens casum fortuitum in depositarium neutiquam divertit, *l. 1. §. 35. h. t. l. 14. §. 1. eod. Vaud. lib. 2. var. quest. cap. 33. Boceri ch. 2. disp. 10. §. 21.*

XVI.

Ex prænominato contractu duplex actio nascitur ut ex plerisq; aliis *διὰ τὴν ἐπιπέδου;* Directa & Contraria. Illa datur deponenti adversus depositarium omnem, (etiam adversus pupillum doli capacem in solidum *l. 1. §. 15. h. t.* aliàs in quantum locupletior factus est, etiam si dolosè non egerit, *d. l. 1. §. 15. h. t. Wesenb. in π. hinc n. 8.*) de eo quod dolo, lata, aut (pro re nata) levi vel levissima culpa admisit, quo deposita res aut perierit aut facta sit deterior, *l. 1. §. ult. l. 7. 20. 32. h. t. l. 1. §. 5. π. de oblig. & action.* tum ut tempestivè ad votum & postulationem depo-

deponentis eam restituat. *Donell. 14. Comment. c. 3.* quod si verò res perierit dolo depositarii vel lata culpa, aut restituere eam contumaciter noluit, jurejurando in litem deponens eam æstimabit & ejus pretium statuet, *l. 2. §. 1. l. 8. ff. de in litem jur. l. 1. §. 26. h. t.*

XVII.

Et si Cista fortè vel res similis, quæ claudi solet, deposita sit, non tantùm cistæ, sed etiam rerum, quæ in ea erant inclusæ, nomine depositarius tenetur, tamen si non sint ostensæ, tunc cum Cista traderetur, *l. 1. §. 41. h. t.* ubi tamen interest, utrum cista prout tradita erat clausa, vel aperta quidem, sed ita ut appareat eam malè clausam facile per se aperiri potuisse, reddita sit, quo casu depositarius non tenetur, nisi deponens priùs & res in cista fuisse & depositarium dolo malo eam aperuisse probaverit: an verò benè clausa cum fuisset, aperta reddita sit, & tunc ob præsumptum Depositarii dolum res in ea contentæ Juramento deponentis probari possunt, *Clar. s. sent. s. furtum num. 27. Gomez tom. 2. var. resol. c. 7. n. 2. Menoch. A. i. q. cas. 108. n. 33.* nisi depositarius contrarium probet & contrectationem fraudulosam firmiter à se amoliat, *Menoch. d. l. Mascard. de probat. concl. 507. n. 1.*

XVIII.

Et verò non solum rem ipsam, sed & fructus, partum, omnemq; causam hac actione deponens consequitur *l. 1. §. 24.* hic, ut & usuras quæ debentur vel ob conventionem, *l. 24. in fin. l. 25. §. 1. l. 29. h. t.* vel ob moram, quod in bonæ fidei iudiciis trahitum est, *l. 32. §. 1. C. de usur.* quò pertinet etiam casus, si depositarius pecuniam depositam in suos usus convertit: dum enim hac ratione in effectu furtum committit, *l. 3. C. h. t.* & fur à tempore delicti moram facere censetur, *l. 8. §. 1. l. ult. de*

Condict. furt. hujusmodi depositarius perinde habetur ac si post factam interpellationem in restituendo moram fecisset.

XIX.

Cumq; actio hæc rei persecutoria & civilis sit, deponentis quoq; heredibus competit *l. 1. §. 14. hic.* Singulis scilicet pro portione hereditaria, *l. 2. C. de heredit. actioni l. 6. C. Famil. Ercis.* nisi res deposita divisionis sit impatiens, tum enim uni ex his agenti est restituenda satisdare parato de eo, quod supra suam portionem accepit, depositario molestiam illatum non iri, *Wesemb. in π. hic n. 7. in fin.* quandoq; tamen & tertio utilis datur, si convenit ut ei id, quod depositum, reddatur, *l. 26. pr. h. t.*

XX.

Competit etiam adversus heredes depositarii ex dolo ejusdem idq; in solidum, *l. 7. §. 1. h. t.* Quamvis enim aliàs in delictis heredes non teneantur ex dolo defuncti, nisi pro ea parte, quæ ad illos pervenit, *l. 26. de dol. mal.* Contractibus tamen & actionibus rei persecutoris dolo etiam in heredibus in solidum coërcetur, *l. 49. de O. & A. l. 152. l. 157. de R. J.*

XXI.

Atq; in simplum id procedit, si rem bona voluntate & prothymè custodiæ suæ commissam non restituat depositarius: quod si verò à necessitate circumvento cum alius copia haberi non posset, tumultus incendii ruinae, naufragii causa rem depositam se accepisse inficietur, lis inficiando crescit *§. ult. J. de obl. qua ex quas. contr. nasc.* & in duplum ipse tenetur, *§. 17. J. de action. l. 1. s. 4. h. t.* Crescit enim hic perfidiæ crimen, tantoq; improbius factum habetur, si per inficiationem ex alienâ calamitate lucrum captetur: non tamen heres ejus, nisi & ejus infi-

inficiatione actio crescat, deq; ejus dolo agatur, *l. 18. b. 2. d. §. 17. J. de act.* Et hæc actio qua in duplum agitur non civilis, ut altera, sed prætoriam est, *l. 2. §. 1. b. 2.* non rei persecutoria simplex, sed mixta §. 17. *1. de action. in fin.*

XXII.

Illud minimè prætereundum, hanc actionem, si ve eâ in simplum agatur, si ve in duplum, semper infamare, §. 1. *J. de pœn. rem. litig. l. 1. §. 1. l. 6. §. ult. ff. de his qui not. infam. l. 10. C. depos.* quamvis Judex id non expresserit, quia ipso edicto prætoris infamia irrogatur, *d. l. 1. de his qui not. infam.* scilicet, si quis proprio nomine sit condemnatus. *Bocer. cl. 2. disp. 10. §. 30. & specialiter quidem ob dolum seu perfidiam, non etiam ob latam culpam, gloss. ad l. 6. §. ult. de his qui not. infam. Donell. 18. Comment. c. 8.*

XXIII.

Cum hac concurrat actio furti, si invito depositore depositarius rem contrectaverit, §. 6. *J. de oblig. qua ex del. l. 29. in pr. depos.* itemq; condictio furtiva, *l. 3. §. 1. b. 2.* Sed & potest depositor rem suam rei vindicatione repetere, *l. 9. ff. de Rei vindic. l. 1. & ib. Sichard. C. depos. super hæc & in id quod interest agitur, si fortè damnum dolo depositarii datum sit, v. c. si in frumento deposito restituendo moram commiserit, & interea illud minoris veniat, condemnabitur deponenti, quanti ejus interest frumentum non illico, uti oportebat, l. p. C. depos. fuisse restitutum, arg. l. 1. §. 26. b. 2.* Concurrat etiam actio *L. Aquiliæ*, si res fuerit deteriorata, *l. 42. ad L. Aquil.*

XXIV.

Contraria depositi actio est, qua depositarii indemnitati consulitur, dum impensam necessariam in rem depositam factam repetere potest, *l. 61. §. 5. de Furt.* & quicquid damni occasione rei depositæ per dolum & culpam deponentis perpeffus est, *al. LL. Cujac. ad African.*

8: p. (mibi) 437. sed in hoc Judicio nec in litem juratur, *l. s. h. r. nec infamiae periculum versatur, l. 6. §. fin. ff. de his qui not. infam. §. 1. 1. de pen. tem. litig.* quia non de fide rupta, sed de indemnitate saltem & calculo agitur.


XXV;

Habet deniq; hic depositi contractus non pauca singularia præ aliis, quæ adnotasse non pigebit, aut saltem ex his quædam delibasse; & primò quidem depositum reposcenti exceptio non numeratæ pecuniæ vel non depositæ rei non potest obiici si depositi ex scripto agatur, *l. pen. C. depos. l. 14. §. 1. de non numer. pecun.* Sicuti nec compensatio, *l. pen. de compens.* Retentio tamen ob impensas necessarias in rem depositam factas admitti debet, *arg. l. 8. pr. de pign. act. l. 5. pr. de impens. in res dor. fact. l. 38. de petit. hered. gloss. in l. pen. C. h. r. Sich. & Donell. ib.*

XXVI.

2. Condemnatus hac actione confestim rem restituere cogitur, nec solemne 4. mensium spatium aliis debitoribus indultum, *l. 2. C. de usur. rei jud. habet l. 1. §. 22. ff. h. r. Warmbs. pract. observ. lib. 1. tit. 23. obs. 1. n. 11. 3.* In deposito non potest opponi exceptio dominii, *l. pen. & ibi Dd. C. h. r. 4.* deponens præfertur omnibus creditoribus, *l. 7. §. f. h. r.* si scilicet res deposita extat, quia dominium rei depositæ apud se retinet eoq; jure illam vindicare potest: aliàs si non extat, saltem jus prælationis habet inter Chirographarios, *l. 9. de privileg. Credit. vel l. 24. §. 3. de Reb. aut jud. poss. &c.* Atq; hæc de deposito & sequestratione pro re nata dixisse sufficiat, plura de iis cognoscere cupientem ad Autores ablegamus pleniorum eorum tractationem suscipientes, quam nobis in præsentis & temporis & instituti ratio negat.

Sic



Sic decet ingenii vires tentare periclis
Ad quæ, si spectet, rideat alma Themis.
Qui vires nunquam lucta tentavit, inertem
Roboris hunc mansit gloria nulla sui.
Qui non sustinuit conscendere pulpita, laudis
Vel nunquam consors is melioris erit.
Ergo Tibi magnam promittunt omina laudem,
Nobilis & spondet præmia plura Themis.

*Gratulationis ergò
festino calamo adjiciebat
M. Fridericus Berlichius,
Lips.*

Amice mi PALZOVII!

Interea dum componis *DEPOSITA* quid
sint,
Ingenii exponis pignora docta tui.
Te multis Themis hinc præponet. Prosit, ut addam
Apponamq; Vale, mandat amicus Amor.

*συγχαρμοσύνης χάριν φιλοφρονέμεν
adjeci*


Thomas Pancovius March.
Phil. & Med. Stud.
Dum

Dum Tuba clangores geminat, lituusq;
tremiscit
Bellicus, ad pacem terrea vota ruunt:
At Tu non pacem sed publica bella *reponis*
PALTZOVI Themidos sedula cura Tuæ
Et post hæc forsân meditaris plura bella
Bella maritali concilianda manu.
Fallor, an in bello pacem cultissime quæris
Et Tibi certamen dicitur esse quies?
Qui sic certavit cui talia bella geruntur
Huic patulum pandit Pax veneranda si-
num.

*Extemp.
adfectus in cultissimum
Dn. Respondentem causâ
L. M. Q.
deproperab.*

C. Thamnitius,
Thoruniensis.





the scale towards document

XIII.

modum enim pacta cuius contractui le-
de R. J. ita solent quandoq; etiam depo-
mutare, puta, si conveniat, ut non eadem
est, sed tantundem pro ea reddatur, quod
ous fungibilibus procedit, ubi nec non
effici potest, ut pro rei usu fœnuscum
furium, l. 26. §. 1. l. 28. depos. l. 32. locat. Cu-
aren. ad Tit. depos. c. 4. eodem modo solet
s id agi ut res certo loco redhibeatur,
ltæq; aliæ huic contractui pactiones ap-
hanc tamen conventionem, ut deponens
etendi rem cum vult, non habeat, respuit
§. p. h. t. nam hoc vel statim vel quan-
deponenti licere, nec hæc licentia ulla
mi debet, d. l. 1. §. 22. eod. nisi deponens
ere jure vel non licet, vel non expedit,
odigus, aut aliàs propter status mutatio-
fectus, l. 31. h. t. c. ne quis arbitretur 2. q. 22.

XIV.

pactiones sæpe depositarium ad insoli-
obligant, ad quas ex natura contractus
Nam cum depositum deponentis tan-
lariter contrahatur, l. 5. §. 2. commod. re-
tenetur de dolo §. 3. l. quib. mod. re contr. d.
tamen latam quoq; culpam comprehen-
f. D. si mens. fals. mod. dix. l. 32. depos. unde lo-
li folius mentio fit ut, d. l. 5. §. 2. Commod. d.
pplendi. Culpæ autem latæ hoc contra-
tur, qui, cujuscunq; sit indolis aut inge-
bus non adhibet eam diligentiam quam
re sue vit, seu qui ad suum modum curam

B

in